

*Doc. 31 (Scriptum est universis
baiulis magistris iuratis ceterisque...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 31 (Scriptum est universis
baiulis magistris iuratis ceterisque...)*

1294-07-04

Scriptum est universis baiulis magistris iuratis ceterisque hominibus terrarum existentium circa Lacumpensilem presentes litteras inspecturis fidelibus suis etc.

Cum Roguerium forrerium et familiarem nostrum latorem presentium apud Lacumpensilem pro reparatione et ordinatione domorum nostrarum ibidem existentium hiis que ad officium suum spectant mittamus ad presens, fidelitati vestre districte precipiendo mandamus sub pena a nobis pro nostro arbitrio exigenda quod ad requisitionem dicti forrerii nostri in omnibus, que pro premissis ad officium tuum spectant, sic pareatis et efficaciter intendatis eidem, tam videlicet de magistris carpenteriiis, quam de aliis negotiis necessariis sub iusto et competenti loerio, providentes quod ob negligentiam vestram in adventu nostro ibidem, qui erit in proximo, nullus defectus interveniat in premissis, sicut indignationem nostram cupitis evitare, presentibus post decem dies minime valituris.

Data Melfie per magistros rationales etc. die IIII Julii VIII indictionis (1294).